

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Confessio ad  
cum fontibus proximo et primis

Venia dignus est  
qui de peccato excusacionem non querit.

Vbi enim est confessio, ibi remissio,

quia  
proximum ad innocentiam tenet locum  
uerecunda peccati confessio.

Valerius ibidem (in sermone).

QUI, cum audivisset illorum devotionem  
atque circa illorum excessum poenitentiam  
et cordis contritionem atque peccati  
confessionem, respondit dicens:

Venia digni sunt,  
qui de peccato excusationem non faciunt,  
sed cum lacrimis et confessione  
ac cordis compunctione indulgentiam  
implorare non cessant; ait enim Seneca:  
“Ubi est confessio, ibi est remissio”;  
innocentiae enim proxima est confessio.

Et iterum:  
“Proximum ad innocentiam locum tenet  
verecundia peccati et confessio”;  
nam “peccatum extenuat,  
qui celeriter corrigit”.

Albertanus Brixensis, *Liber consolationis et consilii*, 49 (T. Sundby ed., pp.115-16,  
ll.20-26, 1-5).

Locum tenet innocentiae  
proximum confessio.  
Ubi confessio, ibi remissio.

Martinus Bracarensis, *Libellus de moribus*,  
4 (PL 72, col.31A).

Proximum ab innocentia tenet locum  
verecunda peccati confessio.

Publilius Syrus, *Sententiae*, Prou.52  
(E. Woelflin ed., p.96).

QUI, cum audivisset illorum devotionem  
atque circa illorum excessum poenitentiam  
et cordis contritionem atque peccati  
confessionem, respondit dicens:

Venia digni sunt,  
qui de peccato excusationem non faciunt,  
sed cum lacrimis et confessione  
ac cordis compunctione indulgentiam  
implorare non cessant; ait enim Seneca:  
“Ubi est confessio, ibi est remissio”;  
innocentiae enim proxima est confessio.

Albertanus Brixensis, *Liber consolationis et consilii*, 49 (T. Sundby ed., pp.115-16,  
ll.20-26, 1-2).

Locum tenet innocentiae  
proximum confessio.  
Ubi confessio, ibi remissio.

Martinus Bracarensis, *Libellus de moribus*,  
4 (PL 72, col.31A).